

De kerk van de Heilige Jacobus de Meerdere heeft een lange traditie voor wat betreft de Latijnse liturgie. Vanaf 1878, het jaar waarin de kerk werd gewijd, tot op de dag van vandaag wordt er op de zondagen en op bijzondere feestdagen een Latijnse Hoogmis gecelebreerd. Na het Tweede Vaticaans concilie kwam in het kader van de herziening van de liturgie het nieuw Romeins Altaarmissaal uit. Vanaf november 1969 wordt de Latijnse Hoogmis gecelebreerd overeenkomstig de nieuwe liturgische richtlijnen, met daarin vier Eucharistische Gebeden.

In deze Ordo Missæ, de orde van dienst, vindt u alle teksten van de vaste gezangen en gebeden met de vertalingen. In het losse katerntje vindt u alle teksten van de wisselende gezangen en gebeden en de lezingen. In de Ordo Missæ is ter plaatse aangegeven welke teksten in het katerntje staan.

Op de zondagen dat de Schola Cantorum de zang verzorgt kunnen de bezitters van een Missaal en/of Graduale in de weekagenda van het Sint Jacobusnieuws zien welke Gregoriaanse Mis gezongen wordt.

Na de aankondiging van de collecte zal de lector mededelen welke van de vier Eucharistische Gebeden door de celebrant gekozen is.

De verdeling van de teksten is als volgt:

Openingszang	Katern
Begroeting	Ordo Missæ, pag. 2
Wijwaterritus of Schuldbelijdenis	Ordo Missæ, p. 2 / 4
Kyrië en Gloria	Ordo Missæ, pag. 6
Gebed	Katern
Lezingen, Graduale, Alleluia en Evangelie	Katern
Geloofsbelijdenis	Ordo Missæ, pag. 10
Offertorium	Katern
Gebed over de gaven	Katern
Prefatie	Katern
Eucharistisch gebed	Ordo Missæ
Communieritus	Ordo Missæ, pag. 36
Communiezang	Katern
Gebed na de communie	Katern
Slotritus	Ordo Missæ, pag. 40

I. RITUS INITIALES

Introitus

Cantu ad introitum absoluto omnes se signant dum sacerdos dicit:

✠ In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

Omnes: Amen.

Salutatio

Gratia Domini nostri Iesu Christi, et Caritas Dei et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.

Et cum spiritu tuo.

Ritus benedictionis et aspersionis aquæ benedictæ fieri potest in omnibus Missis dominicæ. In aliis diebus sequitur actus pænitentialis Confiteor, vide p. 4.

Ordo ad faciendam et aspergendam aquam benedictam

Post salutationem omnes adsurgunt et sacerdos populum ad orandum invitatur his vel similibus verbis:

Dominum Deum nostrum, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, ut hanc creaturam aquæ benedicere dignetur, super nos aspergendam in nostri memoriam baptismi. Ipse autem nos adiuvare dignetur, ut fideles Spiritui, quem accepimus, maneamus.

Post brevem pausam silentii prosequitur:

Omnipotens sempiternus Deus, qui voluisti ut per aquam, fontem vitæ ac purificationis principium, etiam animæ mundarentur æternæque vitæ munus exciperent, dignare, quæsumus, hanc aquam ✠ benedicere, qua volumus hac die tua, Domine, communiri. Fontem vivum in nobis tuæ gratiæ renovari et ab omni malo spiritus et corporis propinquare tuamque digne salutem valeamus accipere. Per Christum Dominum nostrum. **Amen.**

I. OPENINGSRITEN

Openingszang (zie *katern*)

Na de openingszang maken allen het kruisteken terwijl de priester zegt:

✠ In de naam van de Vader en de Zoon en de Heilige Geest.

Allen: Amen.

Begroeting

De genade van de Heer Jezus Christus, de liefde van God en de gemeenschap van de Heilige Geest zij met u allen.

En met uw geest.

Op zondagen volgt in de regel 'De zegening van het wijwater en de besprenkeling' als boeteritus. Op andere dagen het 'Confiteor' zie pag. 4.

De zegening van het wijwater en de besprenkeling

Na de begroeting gaan allen staan en nodigt de priester de gelovigen uit tot gebed in deze of overeenkomstige bewoordingen:

Broeders en zusters, laten wij met aandrang bidden tot God, onze Heer, dat Hij zijn zegen wil zenden over dit water, waarmee wij besprenkeld worden ter herinnering aan ons doopsel.

Hij moge ons helpen om trouw te blijven aan de Geest die wij eens hebben ontvangen.

Na een korte pauze vervolgt hij:

Almachtige eeuwige God, het is uw wil dat het water, bron van leven en middel tot reiniging, ook de ziel van de mens zuivert en hem eeuwig leven schenkt. Wij bidden U, Heer:

Zegen ✠ dit water waardoor wij gesterkt willen worden op deze dag die Gij hebt gemaakt.

Laat door dit water opnieuw in ons de bron opwellen van uw genade en laat ons gevrijwaard blijven voor alle kwaad naar lichaam en geest zodat wij, zuiver van hart, tot U kunnen naderen en waardig zijn uw heilsgaven te ontvangen. Door Christus onze Heer. **Amen.**

In Dominicis : Asperges me,

Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me et super nivem dealbabor.

Miserere mei, Deus,

secundum magnam misericordiam tuam.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto,

sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Asperges me...

In Dominicis Paschæ: Vidi aquam,

egredientem de templo a latere dextro, alleluia, et omnes ad quos pervenit aqua ista salvi facti sunt et dicent: alleluia, alleluia.

Confitemini Domino quoniam bonus,

quoniam in sæculum misericordia eius.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto,

sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Deus omnipotens nos a peccatis purificet, et per huius Eucharistiæ celebrationem dignos nos reddat, qui mensæ regni sui participes efficiamur. **Amen.**

Actus pænitentialis

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Confiteor Deo omnipotenti, et vobis, fratres, quia peccavi nimis, cogitatione, verbo, opere et omissione: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

Amen.

Op zondagen: Besprenkel mij,
Heer, met hyssop en ik zal rein worden, was mij en ik zal witter worden dan sneeuw.

Ontferm U over mij, God,
volgens uw grote barmhartigheid.

Eer aan de Vader en de Zoon en de Heilige Geest,
zoals het was in het begin en nu en altijd, en in de eeuwen der eeuwen. Amen.

Besprenkel mij...

Op zondagen in de Paastijd : Ik heb water zien stromen,
uit de tempel, aan de rechterzijde, alleluia; en allen tot wie dit water is gekomen, zijn verlost en zullen zeggen: alleluia, alleluia.

Looft de Heer want Hij is goed,
want eeuwig is zijn barmhartigheid.

Eer aan de Vader en de Zoon en de Heilige Geest,
zoals het was in het begin en nu en altijd, en in de eeuwen der eeuwen. Amen.

Moge de almachtige God ons reinigen van zonden en ons, door de viering van de Eucharistie, waardig maken eens aan te zitten aan zijn tafel in het Koninkrijk. *Amen.*

Schuldbelijdenis (*Indien geen wijwaterritus*)

Broeders en zusters, belijden wij onze zonden, bekeren wij ons tot God om de heilige Eucharistie goed te kunnen vieren.

Ik belijd voor de almachtige God en voor u allen, dat ik gezondigd heb in woord en gedachte, in doen en laten, door mijn schuld, door mijn schuld, door mijn grote schuld. Daarom smee ik de heilige Maria, altijd Maagd, alle engelen en heiligen en u, broeders en zusters, voor mij te bidden tot de Heer, onze God.

Moge de almachtige God zich over ons ontfermen, onze zonden vergeven en ons geleiden tot het eeuwig leven.
Amen.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Hymnus

Gloria dicitur diebus dominicis, exceptis dominicis Adventus et Quadragesimæ, in solemnitatibus et festis.

Gloria in excelsis Deo.

Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Laudamus te,

benedicimus te,

adoramus te,

glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Domine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens.

Domine Fili unigenite, Iesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis:

qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus Sanctus,

tu solus Dominus,

tu solus Altissimus, Iesu Christe,

cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

Collecta

Oremus.

Sacerdos dicit orationem.

Amen.

Heer, ontferm U over ons.
Heer, ontferm U over ons.
Christus, ontferm U over ons.
Christus, ontferm U over ons.
Heer, ontferm U over ons.
Heer, ontferm U over ons.

Hymne

Het Gloria wordt gezegd op zondagen, behalve in de Advent en de Veertigdagentijd, en op hoogfeesten en feesten.
Eer aan God in den hoge.
En vrede op aarde aan de mensen van goede wil.
Wij loven U.
Wij prijzen U.
Wij aanbidden U.
Wij verheerlijken U
Wij zeggen U dank voor Uw grote heerlijkheid.
Heer God, hemelse Koning, God, almachtige Vader;
Heer eniggeboren Zoon, Jezus Christus.
Heer God, Lam Gods, Zoon van de Vader.
Gij die wegneemt de zonden der wereld, ontferm U over ons.
Gij die wegneemt de zonden der wereld, aanvaard ons gebed.
Gij die zit aan de rechterhand van de Vader, ontferm U over ons.
Want Gij alleen zijt de Heilige,
Gij alleen de Heer,
Gij alleen de Allerhoogste, Jezus Christus,
met de Heilige Geest in de heerlijkheid van God de Vader. Amen.

Gebed (zie katern)

Laat ons bidden.
De priester zegt het gebed.
Amen.

II. LITURGIA VERBI

Lectiones

In fine lector subdit:

Verbum Domini.

Deo gratias.

Graduale et Alleluia vel Tractus

Evangelium

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum *N.*

Gloria tibi, Domine.

In fine:

Verbum Domini.

Laus tibi, Christe.

Homilia

II. WOORDDIENST

Lezingen (*zie katern*)

Aan het einde zegt de lector:

Woord van de Heer.

Wij danken God.

Graduale en Alleluia of Tractus (*zie katern*)

Evangelie (*zie katern*)

De Heer zij met u.

En met uw geest.

Lezing uit het heilig Evangelie volgens N.

Lof zij U, Heer.

Aan het einde:

Woord van de Heer.

Lof zij U, Christus.

Homilie

Professio fidei

Credo in unum Deum,
Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ,
visibilium omnium et invisibilium.

Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum,
et ex Patre natum ante omnia sæcula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero,
genitum, non factum, consubstantialem Patri:
per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem,
descendit de cælis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto
ex Maria Virgine, et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato;
passus et sepultus est,

et resurrexit tertia die, secundum Scripturas,

et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos,
cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem:
qui ex Patre Filioque procedit.

Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur:
qui locutus est per prophetas.

Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum,
et vitam venturi sæculi.

Amen.

Oratio fidelium

Dominum deprecemur

Te rogamus, audi nos.

Geloofsbelijdenis

Ik geloof in één God,

de almachtige Vader, Schepper van hemel en aarde,
van al wat zichtbaar en onzichtbaar is.

*En in één Heer, Jezus Christus, eniggeboren Zoon van God,
voor alle tijden geboren uit de Vader.*

*God uit God, licht uit licht, ware God uit de ware God,
geboren, niet geschapen, één in wezen met de Vader,
en door wie alles geschapen is.*

*Hij is voor ons mensen, en omwille van ons heil,
uit de hemel neergedaald.*

Hij heeft het vlees aangenomen door de Heilige Geest
uit de Maagd Maria, en is mens geworden.

Hij werd voor ons gekruisigd,

Hij heeft geleden onder Pontius Pilatus en is begraven.

Hij is verrezen op de derde dag volgens de Schriften,

Hij is opgevaren ten hemel; zit aan de rechterhand van de Vader.

Hij zal wederkomen in heerlijkheid om te oordelen levenden en
doden, en aan zijn Rijk komt geen einde.

*Ik geloof in de Heilige Geest, die Heer is en het leven geeft,
die voortkomt uit de Vader en de Zoon;*

die met de Vader en de Zoon tezamen wordt aanbeden en
verheerlijkt;

die gesproken heeft door de Profeten.

Ik geloof in de éne, heilige, katholieke en apostolische Kerk.

Ik belijd één doopsel tot vergeving van de zonden.

Ik verwacht de opstanding van de doden,

en het leven van het komend rijk.

Amen.

Gebed van de gelovigen

Laat ons bidden tot de Heer.

Wij bidden U, verhoor ons.

Het Eucharistisch Gebed wordt aangekondigd: I, II, III of IV.

III. LITURGIA EUCHARISTICA

Offertorium

Sacerdos patenam cum pane elevans dicit:

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus panem, quem tibi offerimus, fructum terræ et operis manuum hominum, ex quo nobis fiet panis vitæ.

Benedictus Deus in sæcula.

Diaconus vel sacerdos infundit vinum et parum aquæ dicens:

Per huius aquæ et vini mysterium eius efficiamur divinitatis consortes, qui humanitatis nostras fieri dignatus est particeps.

Calicem elevatum tenens dicit secreto sacerdos:

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus vinum, quod tibi offerimus, fructum vitis et operis manuum hominum, ex quo nobis fiet potus spiritalis.

Benedictus Deus in sæcula.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te Domine; et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Sacerdos lavat manus dicens secreto:

Lava me, Domine, ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me.

III. EUCHARISTISCHE DIENST

Offertorium (*zie katern*)

Bij de offerande van het brood bidt de priester in stilte:

Gezegend zijt Gij God, Heer van al wat leeft. Uit uw milde hand hebben wij het brood ontvangen. Aan U dragen wij op de vrucht van de aarde, het werk van mensenhanden. Maak het voor ons tot brood van eeuwig leven.

Gezegend zijt Gij God, in alle eeuwen.

De diaken of de priester giet wijn en een weinig water in de kelk en bidt:

Water en wijn worden één. Gij deelt ons menszijn en neemt ons op in uw goddelijk leven.

Bij de offerande van de kelk bidt de priester in stilte:

Gezegend zijt Gij God, Heer van al wat leeft. Uit uw milde hand hebben wij de beker ontvangen. Aan U dragen wij op de vrucht van de wijngaard, het werk van mensenhanden. Maak het voor ons tot bron van eeuwig leven.

Gezegend zijt Gij God, in alle eeuwen.

In het besef van onze onmacht en onze schuld vragen wij dat onze offerande voor U aanvaardbaar wordt en wij genade vinden in uw ogen.

De priester wast zijn handen en bidt in stilte:

Neem alle schuld van ons af, Heer, maak ons vrij van ongerechtigheid.

Versus ad populum sacerdos dicit:

Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium
acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

***Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis
ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque
nostram totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.***

Oratio super oblata

In fine:

Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Prefatio

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et iustum est.

Sacerdos prosequitur præfationem convenientem.

***Sanctus, sanctus, sanctus,
Dominus Deus Sabaoth.***

Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis.

Gericht naar het volk, zegt de priester:

Bid, broeders en zusters, dat mijn en uw offer aanvaard kan worden door God, de almachtige Vader.

Moge de Heer het offer uit uw handen aannemen tot lof en eer van zijn Naam, tot welzijn ook van ons en van heel zijn heilige Kerk.

Gebed over de gaven *(zie katern)*

Aan het einde:

Door Christus onze Heer.

Amen.

Prefatie

De Heer zij met u.

En met uw geest.

Verheft uw hart.

Wij zijn met ons hart bij de Heer.

Brengen wij dank aan de Heer onze God.

Het is passend en goed Hem te danken.

De priester zingt of bidt de prelatie (zie katern)

Heilig, Heilig, Heilig,

de Heer, de God der hemelse machten.

Vol zijn hemel en aarde van uw heerlijkheid.

Hosanna in den hoge.

Gezegend Hij die komt in de Naam des Heren.

Hosanna in den hoge.

<i>Eucharistisch gebed I</i>	<i>pag.</i>	<i>16</i>
<i>II</i>		<i>22</i>
<i>III</i>		<i>24</i>
<i>IV</i>		<i>30 (met bijbehorende prelatie)</i>

Canon Romanus, Prex Eucharistica I

Te igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus uti accepta habeas et benedicas ✠ hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro *N.* et Antistite nostro *N.* et omnibus orthodoxis atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum *N. et N.* et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ: tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi: sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreæ, (Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi; Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Ioannis et Pauli, Cosmæ et Damiani) et omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

(Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

(Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

Romeinse canon, Eucharistisch Gebed I

U dan, altoede Vader, vragen en smeken wij nederig door Jezus Christus, uw Zoon, onze Heer, dat Gij wilt aanvaarden en ✠ zegenen deze giften, deze gaven, deze heilige vlekkeloze offergaven, die wij U aanbieden allereerst voor uw heilige katholieke Kerk; geef haar genadig vrede, bescherming en eenheid en geleid haar over de gehele wereld, in gemeenschap met uw dienaar, onze Paus *N.*, met onze Bisschop *N.*, en met alle gelovigen die, rechtzinnig en trouw, de behoeders zijn van het katholieke en apostolische geloof.

Gedenk, Heer, uw dienaars en dienaressen *N.* en *N.* en allen hier aanwezig, wier geloof Gij kent en wier toewijding U gebleken is, voor wie U dit offer van lof wordt opgedragen, en ook zichzelf dragen het U op, voor henzelf en al hun dierbaren, voor de verlossing van hun zielen, voor hun zaligheid en behoud waarop zij hopen, en die hun gebeden richten tot U, de eeuwige, levende en ware God.

Verbonden in eenzelfde gemeenschap, eren wij de gedachtenis allereerst van de glorieijke Maria, altijd Maagd, Moeder van onze God en Heer Jezus Christus, en mede van de H.Jozef, bruidegom van de H.Maagd, en van uw heilige Apostelen en Martelaren Petrus en Paulus, Andreas, (Jacobus, Johannes, Thomas, Jacobus, Filippus, Bartholomeus, Mattheus, Simon en Thaddeus; Linus, Cletus, Clemens, Xystus, Cornelius, Cyprianus, Laurentius, Chrysogonus, Johannes en Paulus, Cosmas en Damianus) en van al uw Heiligen; omwille van hun verdiensten en voorspraak help ons in alle omstandigheden door uw kracht en uw bescherming.
(Door Christus, onze Heer. Amen.)

Aanvaard genadig, vragen wij, Heer, dit offer van ons, uw dienaars, en van allen die U toebehoren; leid ons alle dagen van ons leven in uw vrede, ontruk ons aan de eeuwige verwerping en tel ons bij het getal van uw uitverkorenen.
(Door Christus, onze Heer. Amen.)

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri Iesu Christi.

Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR.

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Mysterium fidei.

Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, eiusdem Christi, Filii tui, Domini nostri, tam beatæ passionis, necnon et ab inferis resurrectionis, sed et in cælos gloriosæ ascensionis: offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ et Calicem salutis perpetuæ.

Gewaardig U, God, deze offergaven ten volle te zegenen, te bevestigen, te bekrachtigen, haar waarachtig en aanvaardbaar te maken; dat zij aldus voor ons mogen worden het Lichaam en Bloed van uw zeerbeminde Zoon, onze Heer Jezus Christus.

Op de dag voor zijn lijden nam Hij het brood in zijn heilige en eerbiedwaardige handen, sloeg zijn ogen op ten hemel, tot U, God zijn almachtige Vader, Hij dankte U, zegende het brood, brak het en gaf het aan zijn leerlingen met deze woorden:

NEEMT EN EET HIERVAN, GIJ ALLEN, WANT DIT IS MIJN LICHAAM, DAT VOOR U ZAL WORDEN OVERGELEVERD.

Evenzo nam Hij, na de maaltijd, deze voortreffelijke kelk in zijn heilige en eerbiedwaardige handen, Hij dankte U opnieuw, zegende hem en reikte hem aan zijn leerlingen met deze woorden:

NEEMT DEZE BEKER EN DRINKT HIER ALLEN UIT, WANT DIT IS DE BEKER VAN HET NIEUWE, ALTIJDDURENDE VERBOND, DIT IS MIJN BLOED DAT VOOR U EN VOOR VELEN ZAL WORDEN VERGOTEN TOT VERGEVING VAN DE ZONDEN. BLIJFT DIT DOEN OM MIJ TE GEDENKEN.

Verkondigen wij het mysterie van het geloof.

Heer Jezus, wij verkondigen uw dood en wij belijden tot Gij wederkeert, dat Gij verrezen zijt.

Daarom, Heer, gedenkend, het heilig lijden van dezelfde Christus, uw Zoon, onze Heer, zijn verrijzenis uit het dodenrijk en zijn glorievolle hemelvaart, brengen wij, uw dienaren, tezamen met uw heilig volk, aan uw verheven majesteit, van uw eigen giften en gaven, het zuiver offer, het heilig offer, het vlekkeloos offer: het heilig Brood van het eeuwig leven en de Kelk van het onvergankelijk geluk.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ maiestatis tuæ; ut, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti et gratia repleamur.

(Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum *N. et N.*, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis.

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, deprecamur.

(Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis Sanctis Apostolis et Martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, (Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia) et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum. Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis et præstas nobis.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. **Amen.**

Ritus communionis pag. 36

Zie genadig en goedgunstig neer op deze offergaven en wil ze aanvaarden, zoals Gij hebt willen aanvaarden de gaven van uw dienaar Abel, de rechtvaardige, het offer van onze aartsvader Abraham en het heilig en vlekkeloos offer, U opgedragen door uw hogepriester Melchisedek.

Nederig vragen wij U, almachtige God, laat deze gaven door de handen van uw heilige Engel dragen tot op uw altaar in den hoge, voor het aanschijn van uw goddelijke majesteit. En mogen wij allen, nu wij deelhebben aan dit altaar en het hoogheilig Lichaam en Bloed van uw Zoon ontvangen, met hemelse zegen en genade vervuld worden. (Door Christus, onze Heer. Amen.)

Gedenk ook, Heer, uw dienaars en dienaressen *N. en N.*, die ons zijn voorgegaan met het teken van het geloof en rusten in de slaap van de vrede.

Wij smeken U, Heer, laat hen, en allen die in Christus rusten, genadig toe tot het oord van verkwikking, licht en vrede. (Door Christus, onze Heer. Amen.)

En ons, uw zondige dienaars, die hopen op uw overvloedige barmhartigheid, wil ook ons opnemen in de gemeenschap met uw heilige Apostelen en Martelaren, met Johannes, Stefanus, Matthias, Barnabas, (Ignatius, Alexander, Marcellinus, Petrus, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnes, Cecilia, Anastasia) en met al uw Heiligen. Laat ons toe tot hun gezelschap, vragen wij, niet omwille van onze verdiensten maar door de weldaad van uw vergiffenis. Door Christus onze Heer. Door wie Gij, Heer, al deze goede gaven altijd weer schept, heiligt, levend maakt, zegent en ons uitdeelt.

Door Hem en met Hem en in Hem is aan U God, almachtige Vader, in de eenheid van de Heilige Geest, alle eer en heerlijkheid. Door alle eeuwen der eeuwen. *Amen.*

Communieritus pag. 36

Prex Eucharistica II

Vere Sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis.

Hæc ergo dona, quæsumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et ✠ Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi.

Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR.

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et calicem, iterum gratias agens dedit discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Mysterium fidei.

Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

Memores igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine, panem vitæ et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare.

Et supplices deprecamur, ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregemur in unum.

Eucharistisch Gebed II

Gij zijt waarlijk heilig, onze Heer, de bron van alle heiligheid.

Heilig dan deze gaven met de dauw van uw Heilige Geest, dat zij voor ons worden tot Lichaam en ✠ Bloed van Jezus Christus onze Heer.

Toen Hij werd overgeleverd en vrijwillig zijn lijden op zich nam, nam Hij het brood, sprak de dankzegging uit, brak het en gaf het zijn leerlingen met deze woorden:

NEEMT EN EET HIERVAN, GIJ ALLEN, WANT DIT IS MIJN LICHAAM, DAT VOOR U ZAL WORDEN OVERGELEVERD.

Zo nam Hij na de maaltijd ook de kelk, sprak opnieuw de dankzegging uit, en gaf hem zijn leerlingen met deze woorden:

NEEMT DEZE BEKER EN DRINKT HIER ALLEN UIT, WANT DIT IS DE BEKER VAN HET NIEUWE ALTIJDDURENDE VERBOND, DIT IS MIJN BLOED DAT VOOR U EN VOOR VELEN ZAL WORDEN VERGOTEN TOT VERGEVING VAN DE ZONDEN. BLIJFT DIT DOEN OM MIJ TE GEDENKEN.

Verkondigen wij het mysterie van het geloof.

Heer Jezus, wij verkondigen uw dood en wij belijden tot Gij wederkeert, dat Gij verrezen zijt.

Zijn dood en verrijzenis indachtig, God, bieden wij U aan het levensbrood en de kelk van het heil. Wij danken U omdat Gij ons waardig keurt om voor uw aangezicht te staan en uw heilige dienst te verrichten.

Zó delen wij in het Lichaam en Bloed van Christus en wij smeken U dat wij door de Heilige Geest worden vergaderd tot één enige kudde.

Recordare, Domine, Ecclesiæ tuæ toto orbe diffusæ, ut eam in caritate perficias una cum Papa nostro *N.* et Episcopo nostro *N.* et universo clero.

Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum, et eos in lumen vultus tui admitte.

Omnium nostrum, quæsumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria, beato Ioseph, eius Sponso, beatis Apostolis, et omnibus Sanctis, qui tibi a sæculo placuerunt, æternæ vitæ mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Iesum Christum.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. **Amen.**

Ritus communionis pag. 36

Prex Eucharistica III

Vere Sanctus es, Domine, et merito te laudat omnis a te condita creatura, quia per Filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, Spiritus Sancti operante virtute, vivificas et sanctificas universa, et populum tibi congregare non desinis, ut a solis ortu usque ad occasum oblatio munda offeratur nomini tuo.

Supplices ergo te, Domine, deprecamur, ut hæc munera, quæ tibi sacrandam detulimus, eodem Spiritu sanctificare digneris, ut Corpus et ✠ Sanguis fiant Filii tui Domini nostri Iesu Christi, cuius mandato hæc mysteria celebramus.

Denk toch, Heer aan uw Kerk, verspreid over de hele wereld, dat haar liefde volkomen wordt, één heilig volk met *N.*, onze Paus en *N.*, onze Bisschop, en allen die uw heilig dienstwerk verrichten.

Gedenk ook onze broeders en zusters die reeds ontslapen zijn in de hoop der verrijzenis, ja, alle gestorvenen dragen wij op aan uw zorg. Neem hen aan en laat hen verschijnen in het licht van uw gelaat.

Wij vragen U, ontferm U over ons allen, opdat wij tezamen met de Maagd Maria, de Moeder van Christus, met de Heilige Jozef, haar Bruidegom, met de Apostelen en met alle Heiligen, die hier eens leefden in uw welbehagen, waardig bevonden worden het eeuwig leven deelachtig te zijn en U loven en eren door Jezus Christus, uw Zoon.

Door Hem en met Hem en in Hem is aan U God, almachtige Vader, in de eenheid van de Heilige Geest, alle eer en heerlijkheid. Door alle eeuwen der eeuwen. *Amen.*

Communieritus pag. 36

Eucharistisch Gebed III

Ja Heer, Gij zijt werkelijk de heilige; heel uw schepping moet U wel prijzen, want door Jezus Christus, uw Zoon, onze Heer, maakt Gij alles levend en heilig in de kracht van de Heilige Geest. Altijd blijft Gij bezig U een volk bijeen te brengen uit alle naties en rassen en talen; want van oost tot west moet door een zuivere offergave hulde worden gebracht aan uw Naam.

Wij hebben deze gaven dan ook hier gebracht om ze U toe te wijden. In alle ootmoed vragen wij U ze te heiligen door uw Geest en ze Lichaam en **✠** Bloed te doen zijn van Jezus Christus, onze Heer, op wiens woord wij deze geheimen vieren.

Ipse enim in qua nocte tradebatur accepit panem et tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR.

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens calicem, et tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Mysterium fidei.

Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

Memores igitur, Domine, eiusdem Filii tui salutiferæ passionis necnon mirabilis resurrectionis et ascensionis in cælum, sed et præstolantes alterum eius adventum, offerimus tibi, gratias referentes, hoc sacrificium vivum et sanctum.

Respice, quæsumus, in oblationem Ecclesiæ tuæ et, agnoscens Hostiam, cuius voluisti immolatione placari, concede, ut qui Corpore et Sanguine Filii tui reficimur, Spiritu eius Sancto repleti, unum corpus et unus Spiritus inveniamur in Christo.

Ipse nos tibi perficiat munus æternum, ut cum electis tuis hereditatem consequi valeamus, in primis cum beatissima Virgine, Dei Genetrice, Maria, cum beato Ioseph, eius Sponso, cum beatis Apostolis tuis et gloriosis Martyribus, (cum sancto *N.:* *Sancto diei vel patrono*) et omnibus Sanctis, quorum intercessione perpetuo apud te confidimus adiuvari.

Want in de nacht dat Hij werd overgeleverd, nam Hij brood en sprak daarover het dankgebed om uw Naam te verheerlijken. Toen brak Hij het brood, gaf het aan zijn leerlingen en zei:

NEEMT EN EET HIERVAN, GIJ ALLEN, WANT DIT IS MIJN LICHAAM, DAT VOOR U ZAL WORDEN OVERGELEVERD.

Zo nam Hij ook na de maaltijd de beker en sprak een zegenbede om uw Naam te verheerlijken. Hij gaf hem aan zijn leerlingen en zei:

NEEMT DEZE BEKER EN DRINKT HIER ALLEN UIT, WANT DIT IS DE BEKER VAN HET NIEUWE ALTIJDDURENDE VERBOND, DIT IS MIJN BLOED DAT VOOR U EN VOOR VELEN ZAL WORDEN VERGOTEN TOT VERGEVING VAN DE ZONDEN. BLIJFT DIT DOEN OM MIJ TE GEDENKEN.

Verkondigen wij het mysterie van het geloof.

Heer Jezus, wij verkondigen uw dood en wij belijden tot Gij wederkeert, dat Gij verrezen zijt.

Daarom, Heer, gedenken wij het heilzame lijden en sterven van uw Zoon, zijn glorievolle verrijzenis en zijn verheffing aan uw rechterhand; zo staan wij vol verwachting open voor zijn wederkomst en bieden U vol dankbaarheid dit offer aan, zo levend en heilig.

Wij vragen U, Heer: zie welwillend neer op het offer van uw Kerk en wil er uw Zoon in herkennen door wiens dood Gij ons met U verzoend hebt. Geef dat wij mogen worden verkwikt door het nuttigen van zijn Lichaam en Bloed. Vervul ons van zijn Heilige Geest, opdat men ons in Christus zal zien worden tot één lichaam en één geest.

Moge Hij ons maken tot een blijvende offergave voor U: dan zullen wij het erfdeel verkrijgen dat Gij ons beloofd hebt, samen met Maria, de heilige Maagd en Moeder van God; met de Heilige Jozef, haar Bruidegom, samen met uw apostelen en martelaren, (met de heilige *N.: heilige van de dag of de patroon*) en met allen die in uw heerlijkheid zijn en daar voor ons bidden.

Hæc Hostia nostræ reconciliationis proficiat, quæsumus, Domine, ad totius mundi pacem atque salutem.

Ecclesiam tuam, peregrinantem in terra, in fide et caritate firmare digneris cum famulo tuo Papa nostro *N.* et Episcopo nostro *N.*, cum episcopali ordine et universo clero et omni populo acquisitionis tuæ.

Votis huius familias, quam tibi astare voluisti, adesto propitius. Omnes filios tuos ubique dispersos tibi, clemens Pater, miseratus coniunge.

Fratres nostros defunctos et omnes qui, tibi placentes, ex hoc sæculo transierunt, in regnum tuum benignus admitte, ubi fore speramus, ut simul gloria tua perenniter satiemur, per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. ***Amen.***

Ritus communionis pag. 36

Mogen de vrede in de wereld en het heil van de mensen toenemen door dit offer van uw Zoon, dat ons in handen is gegeven opdat wij met U worden verzoend.

Maak uw volk, onderweg hier op aarde, sterk in liefde en geloof; samen met uw dienaar *N.*, onze paus en *N.*, onze bisschop, met alle bisschoppen, de geestelijkheid en heel het gelovige volk dat Gij U hebt verworven.

Wij vragen U welwillend te staan tegenover de wensen van deze gemeenschap die hier bij U is en waarvan Gij de Vader zijt. Goede God, breng in uw barmhartigheid al uw kinderen van overal bijeen.

Laat onze overleden broeders en zusters, ja laat allen die U lief waren en die van hier zijn heengegaan genadig binnen in uw rijk. Ook wijzelf hopen daar eens te mogen zijn om met hen samen voor altijd te mogen genieten van uw heerlijkheid, door Christus onze Heer. In Hem schenkt Gij alles wat goed is aan deze wereld.

Door Hem en met Hem en in Hem is aan U God, almachtige Vader, in de eenheid van de Heilige Geest, alle eer en heerlijkheid. Door alle eeuwen der eeuwen. *Amen.*

Communieritus pag. 36

Prex Eucharistica IV

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et iustum est.

Vere dignum est tibi gratias agere, vere iustum est te glorificare, Pater sancte, quia unus es Deus vivus et verus, qui es ante sæcula et permanes in æternum, inaccessibilem lucem inhabitans; sed et qui unus bonus atque fons vitas cuncta fecisti, ut creaturas tuas benedictionibus adimpleres multasque lætificares tui luminis claritate.

Et ideo coram te innumeræ astant turbæ Angelorum, qui die ac nocte serviunt tibi et, vultus tui gloriam contemplantes, te incessanter glorificant. Cum quibus et nos et, per nostram vocem, omnis quæ sub cælo est creatura nomen tuum in exultatione confitemur, canentes:

Sanctus, sanctus, sanctus,

Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis.

Sacerdos solus dicit:

Confitemur tibi, Pater sancte, quia magnus es et omnia opera tua in sapientia et caritate fecisti. Hominem ad tuam imaginem condidisti, eique commisisti mundi curam universi, ut, tibi soli Creatori serviens, creaturis omnibus imperaret.

Eucharistisch Gebed IV

Het vierde Eucharistisch Gebed heeft een eigen prelatie.

De Heer zij met u.

En met uw geest.

Verheft uw hart.

Wij zijn met ons hart bij de Heer.

Brengen wij dank aan de Heer onze God.

Het is passend en goed Hem te danken.

Het is waarlijk passend U dank te zeggen, het is waarlijk goed uw heerlijkheid uit te spreken, heilige Vader; Gij zijt een God van leven en waarheid, Gij alleen, Gij bestaat van voor alle eeuwen en Gij duurt in alle eeuwigheid voort, in het ontoegankelijke licht is uw woning. Gij zijt de bron van leven, in uw goedheid hebt Gij alle dingen tot bestaan geroepen. Gij hebt al het geschapene met zegening verzadigd en uw talloze schepselen gelukkig gemaakt met de glans van uw licht. Daarom staat rond U een schare van Engelen die niemand tellen kan, uw dienaren, die het gelaat van uw glorie zien en U ononderbroken lofzingen, dag en nacht. In hun koor willen ook wij onze stem doen horen, met ieder schepsel op aarde zingen wij U jubelend onze lofprijzing toe:

Heilig, Heilig, Heilig,

de Heer, de God der hemelse machten.

Vol zijn hemel en aarde van uw heerlijkheid.

Hosanna in den hoge.

Gezegend Hij die komt in de Naam des Heren.

Hosanna in den hoge.

De priester alleen zegt:

U belijden wij, heilige Vader: groot zijt Gij en alles hebt Gij met wijsheid en liefde geschapen. Gij hebt de mens gemaakt naar uw beeld en hem de zorg over de gehele wereld opgedragen, opdat hij in gehoorzaamheid aan zijn Schepper over alle schepselen zou bevelen.

Et cum amicitiam tuam, non oboediens, amississet, non eum dereliquisti in mortis imperio. Omnibus enim misericorditer subvenisti, ut te quærentes invenirent. Sed et foedera pluries hominibus obtulisti eosque per prophetas erudisti in exspectatione salutis.

Et sic, Pater sancte, mundum dilexisti, ut, completa plenitudine temporum, Unigenitum tuum nobis mitteres Salvatorem. Quia, incarnatus de Spiritu Sancto et natus ex Maria Virgine, in nostra conditionis forma est conversatus per omnia absque peccato; salutem evangelizavit pauperibus, redemptionem captivis, mæstis corde lætitiã.

Ut tuam vero dispensationem impleret, in mortem tradidit semetipsum ac, resurgens a mortuis, mortem destruxit vitamque renovavit. Et, ut non amplius nobismetipsis viveremus, sed sibi qui pro nobis mortuus est atque surrexit, a te, Pater, misit Spiritum Sanctum primitias credentibus, qui, opus suum in mundo perficiens, omnem sanctificationem completeret.

Quæsumus igitur, Domine, ut idem Spiritus Sanctus hæc munera sanctificare dignetur, ut Corpus et ✠ Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi ad hoc magnum mysterium celebrandum, quod ipse nos reliquit in foedus æternum.

Ipse enim, cum hora venisset, ut glorificaretur a te, Pater sancte, ac dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos: et cenantibus illis accepit panem, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR.

Door ongehoorzaamheid aan U heeft hij uw vriendschap verloren, maar Gij hebt hem niet aan het geweld van de dood uitgeleverd; integendeel, Gij zijt hem met alle hulp tegemoet gesnel, zodat wie U zoeken wil, U reeds heeft gevonden. Menigmaal hebt Gij aan de mensen een verbond aangeboden en hen, bij monde van uw profeten, gesproken over hun heil in de verte.

Heilige Vader, zozeer hebt Gij de wereld liefgehad dat Gij, toen de tijd van wachten voorbij was, uw eniggeboren Zoon als Verlosser hebt gezonden. Hij is mens geworden door de Heilige Geest uit de Maagd Maria, als mens heeft Hij onder ons gewandeld, in alles aan ons gelijk, maar niet in de zonde. Aan geringen heeft Hij een boodschap gebracht van liefde en heil, aan gevangenen de vrijlating gegeven, aan bedroefden zijn blijdschap.

Om uw heilsbeschikking ten volle waar te maken heeft Hij zich aan de dood uitgeleverd en door zijn opstanding alle sterven afgebroken en opgebouwd tot een nieuw bestaan. En opdat wij niet meer voor onszelf zouden leven, maar voor Hem die om onzentwil geslagen werd en tot uw rechterhand verheven, zond Hij van uwentwege, Vader, de Heilige Geest om zijn werk in deze wereld te voltooien: onze heiligmaking ten einde toe.

Daarom smeken wij U, Heer, dat uw Heilige Geest deze offergaven wil bezielen, opdat zij het Lichaam en ✠ Bloed worden van onze Heer Jezus Christus, tot viering van het grote heilsmysterie dat Hij ons naliet als zijn verbond-met-ons voor altijd.

Toen kwam het uur dat Hij door U, heilige Vader, zou worden verheerlijkt. Hij had de zijnen in de wereld tot het uiterste toe liefgehad. Terwijl Hij de maaltijd voorzat, nam Hij het brood, brak het, en zegende U, en gaf het aan zijn leerlingen met de woorden:

NEEMT EN EET HIERVAN, GIJ ALLEN, WANT DIT IS MIJN LICHAAM, DAT VOOR U ZAL WORDEN OVERGELEVERD.

Simili modo accipiens calicem, ex genimine vitis repletum, gratias egit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Mysterium fidei.

Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

Unde et nos, Domine, redemptionis nostras memoriale nunc celebrantes, mortem Christi eiusque descensum ad inferos recolimus, eius resurrectionem et ascensionem ad tuam dexteram profitemur, et, exspectantes ipsius adventum in gloria, offerimus tibi eius Corpus et Sanguinem, sacrificium tibi acceptabile et toti mundo salutare.

Respice, Domine, in Hostiam, quam Ecclesiæ tuæ ipse parasti, et concede benignus omnibus qui ex hoc uno pane participabunt et calice, ut, in unum corpus a Sancto Spiritu congregati, in Christo hostia viva perficiantur, ad laudem gloriæ tuæ.

Nunc ergo, Domine, omnium recordare, pro quibus tibi hanc oblationem offerimus; in primis famuli tui, Papæ nostri *N.*, Episcopi nostri *N.*, et Episcoporum ordinis universi, sed et totius cleri, et offerentium, et circumstantium, et cuncti populi tui, et omnium, qui te quærunt corde sincero.

Memento etiam illorum, qui obierunt in pace Christi tui, et omnium defunctorum, quorum fidem tu solus cognovisti.

Zo nam Hij ook de beker met wijn gevuld, sprak het dankgebed uit en gaf hem aan zijn leerlingen met de woorden:

NEEMT DEZE BEKER EN DRINKT HIER ALLEN UIT, WANT DIT IS DE BEKER VAN HET NIEUWE, ALTIJDDURENDE VERBOND, DIT IS MIJN BLOED DAT VOOR U EN VOOR VELEN ZAL WORDEN VERGOTEN TOT VERGEVING VAN DE ZONDEN. BLIJFT DIT DOEN OM MIJ TE GEDENKEN.

Verkondigen wij het mysterie van het geloof.

Heer Jezus, wij verkondigen uw dood en wij belijden tot Gij wederkeert, dat Gij verrezen zijt.

Daarom, Heer, vieren wij de gedachtenis van onze verlossing: wij gedenken de dood van Christus en zijn verblijf onder hen die eens waren gestorven, wij geloven en verkondigen zijn opstanding uit de dood, zijn Hemelvaart bij U terug in uw rijk zonder einde; wij zien vol verwachting uit naar zijn wederkomst in heerlijkheid. Wij brengen U het offer van zijn Lichaam en Bloed, een gave die Gij gaarne aanvaardt, een gave van heil voor de wereld.

Heer, zie welwillend en genegen neer op dit heilig offer, dat Gij aan ons, uw Kerk, hebt toevertrouwd. Verleen genadig dat zij die van dit brood eten en uit deze beker drinken door uw Heilige Geest tot één lichaam worden verzameld, in Christus voltooid tot een levende offerande, tot uw lof en eer.

Wijd uw gedachten, o Heer, aan allen voor wie wij dit offer aan U opdragen: vooreerst voor uw dienaar, onze Paus *N.*, voor onze Bisschop *N.* en voor de bisschoppen van de gehele Kerk, voor de priesters en diakens, voor allen ook die U dit offer aanbieden, voor geheel het gelovige volk en voor hen die U met een oprecht hart zoeken.

Denk ook aan hen die in vrede met Christus uw Zoon zijn gestorven en aan alle doden waarvan de gelovige gezindheid door U alleen was gekend.

Nobis omnibus, filiis tuis, clemens Pater, concede, ut cælestem hereditatem consequi valeamus cum beata Virgine, Dei Genetrice, Maria, cum beato Ioseph, eius Sponso, cum Apostolis et Sanctis tuis in regno tuo, ubi cum universa creatura, a corruptione peccati et mortis liberata, te glorificemus per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. **Amen.**

Ritus communionis

Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiæ tuæ adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: exspectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

Quia tuum est regnum et potestas, et gloria in sæcula.

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiæ tuæ; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Offerte vobis pacem.

Barmhartige Vader, verleen aan ons, uw kinderen, dat wij de heerlijkheid zien die Gij ons beloofd hebt tezamen met de Maagd Maria, de Moeder van God, die Gij hebt verheerlijkt, met de Heilige Jozef, haar Bruidegom, met uw Apostelen en Heiligen in uw Koninkrijk, waar wij met de gehele schepping die Gij uit zonde en dood hebt opgericht, uw lof zingen door Christus onze Heer, in wie Gij aan de wereld alle goed geeft gisteren, nu en altijd.

Door Hem en met Hem en in Hem is aan U God, almachtige Vader, in de eenheid van de Heilige Geest, alle eer en heerlijkheid. Door alle eeuwen der eeuwen. *Amen.*

Communieritus

Aangespoord door het voorschrift van de Zaligmaker, en door goddelijke onderrichting gevormd, durven wij zeggen:

Onze Vader, die in de hemel zijt; Uw Naam worde geheiligd; Uw Rijk kome; Uw wil geschiede op aarde zoals in de hemel. Geef ons heden ons dagelijks brood; en vergeef ons onze schulden, zoals ook wij vergeven aan onze schuldenaren; en breng ons niet in beproeving, maar verlos ons van het kwade. Amen.

Verlos ons, vragen wij, Heer, van alle kwaad, geef goedgunstig vrede in onze dagen, opdat wij door de hulp van uw barmhartigheid, steeds vrij mogen zijn van zonde, en beveiligd tegen alle verwarring: hoopvol wachtend op de komst van onze Verlosser, Jezus Christus.

Want van U is het Koninkrijk en de kracht en de heerlijkheid in eeuwigheid.

Heer Jezus Christus, Gij hebt aan uw apostelen gezegd: 'Vrede laat Ik u na, mijn vrede geef Ik u', let niet op onze zonden, maar op het geloof van uw Kerk; en gewaardig U haar, volgens uw wil, vrede en eenheid te schenken, Gij die leeft en heerst door alle eeuwen der eeuwen. *Amen.*

De vrede des Heren zij altijd met u.

En met uw geest.

Wenst elkaar de vrede.

Agnus Dei, ***qui tollis peccata mundi, miserere nobis***

Agnus Dei, ***qui tollis peccata mundi, miserere nobis***

Agnus Dei, ***qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem***

Sacerdos particulam in calicem immittit dicens:

Hæc commixtio Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi fiat accipientibus nobis in vitam æternam.

Prosequitur secreto:

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis: et fac me tuis semper inhærere mandatis, et a te numquam separari permittas.

Genuflectit, accipit hostiam et dicit:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

Sumens Corpus Christi, secreto dicit:

Corpus Christi custodiat me in vitam æternam.

Sumens Sanguinem Christi, secreto dicit:

Sanguis Christi custodiat me in vitam æternam.

Lam Gods *dat wegneemt de zonden der wereld, ontferm U over ons*

Lam Gods *dat wegneemt de zonden der wereld, ontferm u over ons*

Lam Gods *dat wegneemt de zonden der wereld, geef ons de vrede*

De priester laat een deel van de hostie in de kelk vallen en zegt:

Lichaam en Bloed van onze verrezen Heer Jezus Christus, die wij ontvangen tot eeuwig leven.

Hij vervolgt in stilte:

Heer Jezus Christus, Zoon van de levende God, Gij hebt in de Heilige Geest de wil van de Vader volbracht en door uw sterven de wereld tot nieuw leven gewekt. Verlos mij door uw heilig Lichaam en Bloed van elk kwaad, van alle ongerechtigheid. Geef dat ik nooit de weg van uw geboden verlaat, nooit word gescheiden van uw liefde.

De priester knielt, neemt de hostie en zegt:

Zie het Lam Gods, zie Hem die wegneemt de zonden der wereld.

Zalig zij die genodigd zijn aan het Bruiloftsmaal van het Lam.

Heer, ik ben niet waardig, dat Gij tot mij komt, maar spreek slechts één woord en mijn ziel zal gezond worden.

De priester nuttigt de Heilige Hostie en zegt:

Het Lichaam van Christus beware mij tot eeuwig leven.

Daarna drinkt hij het Heilig Bloed en zegt:

Het Bloed van Christus beware mij tot eeuwig leven.

Quilibet baptizatus, qui iure non prohibeatur, admitti potest ad sacram communionem. Alii si benedictionem recipere volunt procedere possunt ostendi brachia in crucis speciem ante pectus.

Sacerdos hostiam communicando ostendens dicit:

Corpus Christi.

Communicandus respondet:

Amen.

Pro opportunitate sacrum silentium per aliquod temporis spatium servari.

Communio

Oratio post communionem

Oremus.

Sacerdos dicit orationem.

Amen.

IV. RITUS CONCLUSIONIS

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sacerdos benedicit populum, dicens:

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, ✠ et Spiritus Sanctus. **Amen.**

Quibusdam diebus vel occasionibus peculiaribus præmittitur huic benedictioni formula benedictionis sollemnior vel oratio super populum.

Ite, missa est.

Deo gratias.

U bent uitgenodigd tot het ontvangen van de Heilige Communie indien u deel uitmaakt van de Rooms-Katholieke Kerk en in vrede en eenheid met haar leeft.

Anders kunt u naar voren komen met uw armen gekruist voor de borst om de zegen te ontvangen.

De priester toont de Heilige Hostie aan de communicant en zegt:

Lichaam van Christus.

De communicant antwoordt:

Amen.

Hierna kan men enige tijd in stilte bidden.

Communio *(zie katern)*

Gebed na de communie *(zie katern)*

Laat ons bidden.

De priester zegt het gebed.

Amen.

IV. SLOTTRITUS

De Heer zij met u.

En met uw geest.

De priester zegent het volk met de woorden:

Zegene U de almachtige God, Vader, Zoon ✠ en Heilige Geest.

Amen.

Op sommige dagen en bij bijzondere gelegenheden gaat aan de zegen een plechtige zegenformule vooraf of het gebed over het volk (zie katern).

Gaat, het offer is voltrokken.

Wij danken God.

Tempus Adventus (Laus Deo 704) :

Rorate cæli desuper, et nubes pluant iustum.

1. Ne irascaris Domine, ne ultra memineris iniquitatis : ecce civitas Sancti facta est deserta : Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est : domus sanctificationis tuæ et gloriæ tuæ, ubi laudaverunt te patres nostri. *R./Rorate.*

2. Peccavimus, et facti sumus tamquam immundus nos, et cecidimus quasi folium universi ; et iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos ; abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. *R./Rorate.*

3. Vide Domine afflictionem populi tui et mitte quem missurus es : emitte Agnum dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion, ut auferat ipse iugum captivitatis nostræ. *R./Rorate.*

4. Consolamini, consolamini, popule meus : cito veniet salus tua. Quare moerore consumeris, quia innovavit te dolor? Salvabo te, noli timere, ego enim sum Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, redemptor tuus. *R./Rorate.*

Tempus Quadragesimæ (Laus Deo 795) :

Attende Domine, et miserere, quia peccavimus tibi.

1. Ad te, Rex summe, omnium Redemptor, oculos nostros sublevamus flentes : exaudi, Christe, supplicantium preces. *R./Attende.*

2. Dexterâ Patris, lapis angularis, via salutis, ianua cælestis, ablue nostri maculas delicti. *R./Attende.*

3. Rogamus, Deus, tuam maiestatem : auribus sacris gemitus exaudi : crimina nostra placidus indulge. *R./Attende.*

4. Tibi fatemur crimina admissa : contrito corde pandimus occulta : tua, Redemptor, pietas ignoscat. *R./Attende.*

5. Innocens captus, nec repugnans ductus, testibus falsis pro impiis damnatus : quos redemisti, tu conserva, Christe. *R./Attende.*

Advent :


Dauwt, hemelen, uit den hoge ; en wolken, regent de Gerechte.

1. Wees niet vertoord, Heer, gedenk niet langer onze schuld. Zie, de stad van de Heilige is een woestijn geworden, Sion is een woestijn geworden, Jeruzalem is verlaten, het huis van uw eredienst en uw glorie, waar onze vaders U loofden. *R./Dauwt.*
2. Wij hebben gezondigd en wij zijn als een onreine geworden, en als bladeren zijn wij allen afgevallen, onze zonden hebben ons, als een windvlaag, meegesleurd. Gij hebt uw gelaat voor ons verborgen en ons verpletterd onder de druk van onze schuld. *R./Dauwt.*
3. Zie, Heer, de ellende van uw volk, en zend Hem die Gij voornemens zijt te zenden : zend het Lam, de beheersers der aarde, uit de rots der woestijn naar de berg van Sion's dochter, om zelf het juk van onze slavernij weg te nemen. *R./Dauwt.*
4. Troost u, troost u, mijn volk! Weldra zal uw redding komen. Waarom wordt gij door droefheid verteerd, grijpt de smart u opnieuw aan? Ik zal u redden, wees niet bevreesd : Ik ben immers de Heer uw God, de Heilige van Israel, uw Verlosser! *R./Dauwt.*

Veertigdagentijd :

Luister Heer, en wees genadig, want wij hebben tegen U gezondigd.

1. Tot U, opperste Koning, Verlosser van allen, slaan wij wenend onze ogen op : verhoor, Christus, ons smeekgebed. *R./Luister.*
2. Rechterhand van de Vader, Hoeksteen, Weg ten heil, Deur naar de hemel, reinig ons van zondesmet. *R./Luister.*
3. Wij vragen, God, uw majesteit : schenk gehoor aan ons zuchten, vergeef genadig onze fouten. *R./Luister.*
4. U bekennen wij de bedreven fouten, rouwmoedig belijden wij ons heimelijk kwaad : Verlosser, schenk in uw goedheid vergiffenis. *R./Luister.*
5. Gij, die onschuldig gevangen genomen, zonder tegenstand weggevoerd, op vals getuigenis ten gunste van zondaars zijt veroordeeld, Christus, spaar hen die Gij hebt verlost! *R./Luister.*



(Tekst onder het Triomfkruis)

'Hoc signum crucis erit in cælo cum Dominus ad iudicandum venerit'

'Dit teken van het Kruis zal aan de hemel staan, wanneer de Heer zal komen om te oordelen.'